

QK. 182.
QK. 182.

17

Ve
1089

C A S U S
 DE
 POENA DUPLI
 OB
 HYPOTHECAM
 JUDICIALEM
 LEGATARIIS
 A B H E R E D E
 INTRA TRES MENSES,
 A TEMPORE ADITÆ HEREDITATIS
 NON CONSTITUTAM,
 RELATUS
 A
 CHRISTIANO Gotthülff Kirsch, Adv.
 SCHEIBENBERGA MISN.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALLE)

JOH. HEINR. KOENIG, typis excusit.
LIPSIAE MENSE JANUARIII M DCC XXVIII.



C A S U S

DE

POENAE DUPLI

OB

HYPOTHECAM

JUDICIALIUM

LEGATARIIS

A. P. H. E. R. B. E.

IN TRACTATU MENTIS

A. T. E. M. P. O. R. E. A. D. I. T. E. H. E. R. E. D. I. T. A. T. I. S.

NON CONSTITUTAM

RELATUM

A

CHRISTIANO GOTTLOB WILHELM ABT

SCHNEIDERBERGER M. S. S.

JOH. HENR. KOENIG, typis excudit.

HAERLE WENDE JANNARI M DCC LXXVII

UNIVERSITÄT
HALLA



TRIGÆ VIRORUM

DNN.

DN. FINCKIO,

DN. ROSCHERO,

DN. GEORGIO,

VIRIS

VITA ET FAMA INTEGERRIMIS,
FIDEI-SPECTATISSIMÆ ATQUE
AUCTORITATIS AMPLITUDE MAXIME
CONSPICUIS.

MERCATORIBUS

PRIMI ORDINIS INTER ZITTAVIENSES,
IN NEGOTIATIONIS SCIENTIA PERQUAM VERSATISSIMIS,
HINC

PRUDENTISSIME ATQUE FELICISSIME MERCANTIBUS.

CIVIBUS

APUD ZITTAVIENSES SPECTATISSIMIS,

PRUDRNTIA ET VIRTUTE MIRE POLLENTIBUS,
OMNIQUE FELICITATIS GENERE ORNATISSIMIS.

PATRONIS ATQ. FAUTORIBUS SUIS,

HASCE PAGELLAS,

DE

POENA DUPLI LEGATORUM

OB ILLIS

INTRA TRES MENSES

A TEMPORE ADITÆ HEREDITATIS

NON CONSTITUTAM HYPOTHECAM,

CONSCRIPTAS,

SUB AUSPICIO NOVI ANNI

M DCC XXVIII.

IN SIGNUM

GRATÆ MENTIS

AC

DEBITÆ OBSERVANTIÆ,

PRO

ACCEPTIS OLIM HAUD EXIGUIS BENEFICIIS

DAT, DICAT, DONAT

HUMILLIMUS AUCTOR.

*VIRI NOBILISSIMI, SPECTATISSIMI,
MI, PRUDENTISSIMI,
PATRONI ATQUE FAUTORES
HONORATISSIMI,*



VOBIS memoriam mei plane excidisse, perquam probabile est. Quippe qui a tempore discessus mei ex urbe vestra ornatissima, & e Gymnasio maxime insigni, neque amœnum litterarum negotium, neque aliam quandam necessitudinem induxi vobiscum. Hoc certe ex mero neglectu

-iup

A 2


non

non contigit; sed si dicam, quod res
est, animum apud vos satis excitatum,
depressit misera academica conditio,
ita, ut timidus factus nec audere vo-
luerim, immo nec potuerim, quæ alias
partes meæ debuerunt. Perquam mul-
tum enim inæquale secum ferunt anni
academici. Rebus ita constitutis, no-
lite arbitrari, ac si memoriam Vestrum
turpiter deposuerim. Testor DEUM!
quod mihi omni omnino tempore illa
fuerit sanctissima, quodque eam per-
petuo profecutus sim devotissimo cul-
tu, licet factò externo illud pro lubitu
significare non potuerim. Interim quod
differtur non aufertur. Hucusque
nonnullos per annos argumentum,
quod VOBIS grati animi signum esse
possit, meditatus sum, ast nihil invenie-
bam in rebus meis aptum vel congru-
um, usque dum Acta revolvebam, in
qui-

quibus hic casus de pœna dupli legatorum ob non præstitam hypothecam debita, agitatus fuit. Quem casum eo libentius pro occasione arripiebam, quo magis ille periculum habuit, quoque rarior existit. Accipite illum tanquam monumentum devotissimæ, immo gratissimæ mentis meæ, accipite inquam, manu benigna. Per hoc enim nihil magis volo atque intendo, quam ut intelligatis pro vestra prudentia, me gratum erga vos animum nunquam exuisse, vestraque nomina semper habuisse omni honoris cultu deveneranda. **DEUS TER OPTIMUS MAXIMUS** velit sub hoc felici novi anni auspicio, **VOS**, vestrasque spectatissimas Familias, omni salutis genere beare, incolumitati optatissima addere incrementa, a negotiis Vestris damnosa, & quicquid illis impedimento esse possit, cle-

clementissime avertere, his e contra,
& rebus domesticis vestris ulteriorem
attribuere benedictionem, VOSque
ita efficere fortunatos, ne in seros an-
nos clientibus vestris, quos inter & me
refero, occasio deficiat, cordato gra-
tulandi animo! Faxit DEUS benigni-
ter! VOS autem in benevolentiam ve-
stram me iterum insinuare nolite dedi-
gnari. Dabam Lipsiæ, Mense Decem-
bris 1727.

IN



IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.

§. I.

CUm Praxi meæ paucos ante abhinc annos, insignis, imo maxime notabilis casus, circa paragraphum IV. ad Tit. 45. Ord. Process. Sax. Recog. ubi inter cœtera de legatis & fidei-commissis agitur, se offerret, intraque cursum judicialem multum curæ & mihi & Principali crearet meo, tractu vero temporis decisioni legitimæ per transactionis modum se subduceret; certior me esse judicavi, nec oleum nec operam fore perditum, si cœptæ investigationi ulterius inhærerem, in veritatem ejus & qualis tandem eventus juris esse possit, inquirerem. Forensium causarum cura ab illo tempore invidiosa fuit, usque dum exantlato morbo fontico dies respirationis tantum concesserunt temporis, ut circumstantiarum qualitates provirili parte examinare potuerim.

B

§. II.

§. II.

Inaudacem reddebat animum, quod tantis non valerem viribus, qui in tam ardua, ampla & difficili materia dignum atque congruum aliquid proferre possim, præsertim cum in arte scribendi me cognoverim inexercitatum. Cum vero intentio scribentium sit varia, alter animo erudiendi alios, alter animo suas explorandi vires, & alius demum animo scribat, Patronis, Benefactoribus & Promotoribus Specimen suorum reddendi studiorum; non potui commoveri, qui ab instituto desistam, nihil aliud intendens, quam ut occasionem haberem, certis quibusdam Patronis animi grati leve ostendendi argumentum.

§. III.

Rem itaque aggressus sum animo tranquillo, & juvante DEO TER OPTIMO MAXIMO, tantum circa materiam hanc perquam difficilem deduxi, quantum mentis facultas concessit, hocce nisus solamine, nihil a me ad causandam hanc majoris momenti actionem, vel per negligentiam vel per præcipitan-
tiam esse contributum.

§. IV.

Ut vero in applicatione casus ad §. allegatum eo distinctius agere possim, necesse duco, verba paragraphi 4. Tit. XLV. Ord. Proc. Sax. Nov. apponere, quæ hujus sunt tenoris.

§. V.

Insonderheit soll denen Ehe-Weibern weder Res-
pectu

specu paraphernalium, noch respectu Dotis, derglei-
chen ferner zustehen, sondern dieselbe wann sie sich
durch eine ausdrückliche Gerichtliche Special Hypo-
thec prospiciret, sich einiges Pfand oder Vorzugs-
Recht vor andern Gläubigern in keine Wege anzu-
massen haben. Gestalt wir denn hiemit diese, und
alle andere Hypothecas tacitas nochmahls ausdrück-
lich cassiren und aufheben, solches auch auf die Lega-
tarios, Fidei-Commissarios particulares, und Dona-
tarios mortis causa ingleichen die Verpachtere, jedoch
dergestalt extendiret haben wollen, „daß denen er-
„stern, wenn ein Gerichtlich Testament vorhanden,
„gleich nach dessen Eröffnung, von dem Richter eine
„Gerichtliche Hypothec auf des Defuncti unbeweg-
„liche Güther, nach Art und Weise wie §. 1. versehen,
„constituiret, oder in deren Ermangelung der Erbe,
„zu Bestellung zulänglicher Caution angehalten wer-
„den; bey außsergerichtlichen Testamenten aber die
„Erben sub Poena Dupli, und daß jedweder derersel-
„ben dafür in solidum ohne des Beneficii Divisionis
„zu genieffen, haften müsse, schuldig seyn sollen, bin-
„nen drey Monathen a tempore aditæ hereditatis es
„gerichtlich zu melden, und denenselben dergleichen zu
„prästiren.

§. VI.

Casus est hic. Moriebatur in insigni quadam ci-
vitate Saxonica circa initium anni 1725. vidua civis,
B 2 quam

quam propter singularem pietatem inter Matronas honorandæ memoriæ referre haud nefas est. Hæredem relinquebat in testamento cum prædefuncto marito mutuo constituto, scriptum universalem, oneratum tamen legatis variis ad 7000. & quod excurrit, intra annum & diem post obitum ultimam defungentis exsolvendis. Heres scriptus adibat hæreditatem satis uberam absque reservatione spatii deliberandi & absque prævia Inventarii confectioe. Post triginta testamentum intra defunctæ parietes præsentibus legatariis nonnullis ex concivibus, statim publicum facere curabat, hocque peracto Magistratui illud ipse tradebat in vidimata copia, rem optime gestam esse arbitrans, de cætero vero & quicquid leges novæ amplius velint præstitum, parum sollicitus. Statim facta publicatione testamenti, tribus e legatariis, junctis defunctæ sanguine, exsolutionis anticipationem legatorum, compensato interufurio offerebat, de cujus postremi quota veluti amicabiliter usque ad effluxum trium Mensium spatium agebatur, sed ut eventus docuit, sine omni successu & frustra. Cum vero post tempus trium Mensium a momento publicati testamenti computatum, tres illæ legatariorum personæ, quarum jam mentio facta, præ omnibus aliis 25. cæteris legatariis, ad Magistratum de constituenda hypotheca legatorum causa implorationem direxerint, & quia hæres scriptus ex legis præscripto, statò tempore illam non præstitite-

stiterit, petitionem ad pœnam dupli legatorum, quorum quodque 350. thaleris constabat, formaverint, quam ex Spho IV. ad Tit. LXV. O. P. S. R. jamjam acquisitam censebant: Heres, qui hujus instituti conditionem habebat exploratam, antequam in finum ipsi tradi poterat Monitorium, ad petita Implorantium apud acta jamjam conceptum, præventa petitione, ut si jura & Leges circa testamenta extrajudicialia unum aut alterum præstandum injungant, Magistratus pro nobilissimo suo officio illud confestim expediri jubeat, sibi consulere studebat, felicem se reputans, quod petitio hæcce de judicialiter danda constituendaque hypotheca tot tantisque prægantibus legatis, quibus, parem, immo superiorem, exclusis hisce adventitiis bonis, omnes noverant hæredem, prior evaserit & priusquam per Monitorium rite insinuatam induceretur litis pendentia. Magistratus resolvebat: **Soll zůfůrderst das ererbte Haus und Garten in Lehn nehmen** &c. tunc vero delato dominio in hæredem omnibus in testamento nomine insignitis legatariis prospiciebat inscriptione legatorum in Album Civitatis facta, petentibus copiam desuper publico sigillo confirmatam dabat, & cum implorantes causam ad curiam supremam Provinciam Lipsiensem devolvere meditarentur, hærede subveniebat Registratura de testamento tradito Mense jamjam Martio, ergo intra tres Menses lege constitutos. Actores sive Implorantes rem serio

tractabant, confisi munimine atque auctoritate consentientis Responsi, quod ex Scabinatu Lipsiensi sibi acquisiverant, quodque hujus tenoris:

Unsern freundlichen Dienst zuvor.

Ehren-Bester, Wohlgelahrter, günstiger guter Freund. Auf euer an Uns gethane zwey Fragen, sprechen wir Churfl. Sächs. Schöppen zu Leipzig, anfänglich und auf die erste Frage, vor recht. Hat Rosina in ihren am 3ten Aug. 1711. zu Peitzig, im Churfürstenthum Sachsen gelegen, aufgerichteten Testamente Euphrosinen, Annen Marien, und Annen Sophien jede 250. Thlr. und also ihnen zusammen 1050. Thlr. dergestalt legiret, daß der Erbe im Jahr und Tag, nach der Testatrix Tode diese Vermächtnisse baar auszahlen sollen. Da nun Rosina in Anfange dieses 1725ten Jahres verstorben und der Erbe von solcher Zeit an denen Legatarien keine Hypothec constituiret, so stehen diese in denen Gedancken, ob sey jener in die in der allergnädigsten Erläuterung der Proceß-Ordnung Tit. XLV. Spho 4. geordnete Straffe des Dupli verfallen. Ob nun wohl das angezogene Testament vor Publication ermeldeter Erläuterung, und zwar vor einen autoritate publica bestätigten Notario und Zeugen, aufgerichtet, von denen Legatariis auch dißfalls nichts gesucht, dennoch aber das Testament

ment von dem Erben, zu constitution einer hypo-
thec wegen eines gleichmäßigen vor eine piam
causam darinnen verordneten Legati, vor dem
Rathe zu Peitzig innerhalb 3. Monath würdlich
produciret worden: Dieweil aber dennoch die
erläuterte Proceß-Ordnung klare Masse giebet,
daß bey auffer gerichtlichen Testamenten die Er-
ben sub poena Dupli schuldig seyn sollen, binnen
drey Monathen a tempore aditæ hæreditatis die
Legata Gerichtlich zu melden, und denenselben
eine Gerichtliche Hypothec auf des Defuncti un-
bewegliche Güther zu constituiren, oder in deren
Ermangelung zulängliche Caution bestellen sol-
len: Und da hiebey die Meldung vor Gerichte
innerhalb einer beniemten Zeit, deren Anfang so-
wohl, als der Inhalt des Testaments, jedes-
mahl dem eingesetzten Erben bekannt seyn muß,
dem Legatario aber dann und wann lange Zeit,
auch wohl ganz und gar, verschwiegen bleibet,
von dem Erben selbst zu billigmäßiger Beförde-
rung des Defuncti letzten Willens, erfordert wird,
dieser die Ansuchung des Legatarii nicht zu erwar-
ten, noch in deren Unterbleibung sich hiermit zu
entschuldigen hat, so wenig die bey anderer Gele-
genheit dem Legatario, zu dessen Vorthail die
Meldung gereichen soll, unwissend, gerichtlich ge-
schehene Production des Testaments demselben
von

von der Straffe befreyen mag, zumahl zu deren Ablehnung, nicht die Anmeldung des Legati alleine, sondern conjunctim die Constituirung der Hypothec verlangt wird, nach mehrern Inhalt eurer Frage. So möchte der von Rosinen eingesetzte Universal-Erbe in die Straffe des Dupli wohl vertheilet werden.

Causa tandem a Magistratu cum Apostolis ad Curiam Supremam Provinciam Lipsiensem devoluta est, ac priusquam ibidem Implorantium Appellatio vel ad Justificationem recepta vel per Resolutionem rejecta, partes convenerunt amicabiliter, intraque amicam amplexum per transactionem & Renunciationem actionis, liti de duplo legatorum finem dederunt, bene contenti exsolutione legatorum ipsorum in simplo.

§. VII.

Ex hoc præmisso causæ statu cognoscendum erit, an heres tale quodpiam commiserit; quod pœnam dupli legatorum mereatur? Et dubitanti, mihi primo proargomento occurrit, *quod hæres non celaverit testamentum, legitimo tempore legatarius publicari curaverit, illudque porro sine ulteriori mora Magistratui in vidimata copia tradiderit.* Ex quibus patet, illum neutiquam esse versatum, indolo, quem dolum tamen dictitata pœna in nostro paragrapho præsupponit.

§. VIII.

Ast opponitur, quod pœna non evitetur præstatione

tione partis, vel unius præstandi, sed in solidum committatur.

Cz. P. 2. l. 38. Def. 5. n. 5.

2) ad evitandam hanc Dupli pœnam non ut indicetur solum testamentum, verum quoque ut constituatur Hypotheca, requiratur *conjunctim*, nam hæc duo *copulative* injungit §. 4. ad Tit. 45. uti quoque Scabini Lipsienses in prælaudato Responso illud explicarunt.

§. IIX.

Sed ad 1) Hæres magistratui tradendo testamentum in vidimata copia, non partem tantum absolvit, præstandorum, verum quoque omnibus in nostro §. injunctis satisfecit. Virtualiter enim petit, ut constituentur hypothecæ legatis, qui tradit testamentum Magistratui, illumque certiore facit de contentis ejusdem. Nam uti alias judex intelligit, quid velit illiteratus homo, quando chirographum a tertio mutui causa exaratum tradit, neutiquam formans solenne juris petitem; ita quoque per traditionem totius testamenti hæres noster implorasse videtur Judicem de constituenda hypotheca omnibus legatis. Quoad 2) in hæredum viribus simpliciter non est, ut legatis ipsi constituent hypothecam, licet §. 4. und denenselben *dergleichen zu præstiren* injungat, quod personale videtur factum sive proprium; sed Magistratus partes sunt, apud quem investitura dominiorum rerum im-

C

mobi

mobiliū sita atque reposita est. Et quando hic pro
regula notare licet, quod §. 1. ad Tit. 45. Judicem ob-
liget, ut legatariis de hypotheca expressa prospiciat,
quod quoque §. 4. ibidem repetit; certe mecum pu-
taret quisquis, hæredibus testamentorum extrajudicia-
lium ideo sub pœna dupli legatorum injunctum esse,
testamentum intra tres menses a tempore aditæ hære-
ditatis Magistratui indicare judicique notum facere,
ut suo satisfacere possit officio. Quorsum pœna dupli
constituta solum referenda videtur, sequentia enim:
*und denselben dergleichen zu præstiren, non quoad
pœnam, copulative, sed pro indole atque genio linguæ
germanicæ, consecutive posita esse videntur, ergo nec
ad pœnam nec ad spatium 3. Mensium referenda. Nam
si hæc duo, notificatio testamenti & constitutio hypo-
thecæ uno actu non interrupto peragi deberent, certe
præsumendum esset, legislatorem in posteriori expres-
surum fuisse, quod constitutio hypothecæ in ebenmäßi-
ger Frist und bey eben dieser Straffe fieri debeat.
Insuper mere fictitium est, quando Legatarii agentes
in Quæstione ad Scabinatum traducunt, ac si hæres
suum extrajudiciale testamentum ob unicum legatum
iud. pias causas produxerit, & Speciale tantum ac sin-
gulare petitum formaverit. Etenim edoctus fuit legis
hujus novæ, & omne evitare damnum atque litigium
sedulo studuit.*

idem

C

§. IX.

§. IX.

Alterum dubium oritur exinde, quod legatarii actores confestim a tempore publicati testamenti de accipiendis legatis erga praestationem Interfuturii, usque ad effluxum trium in §. 4. constitutorum Mensium tractaverint cum haerede, uti acta judicialia fol. 6. b & 31. b sq. testantur, quo ipso ipsi impedimento fuerunt quominus haeres de constituenda illis hypotheca curam habere potuerit. Quid quod? Res dolo non caret, cum tractando studuerint, post interceptionem temporis ab haerede turpe atqve injustum lucrum acquirendi. Sed aequitas non patitur, ut quis ex dolo suo lucrum capiat l. 5. ff. de calumniat: l. 10. ff. de R. J. & jura non decipientibus sed deceptis succurrere amant. l. 7. ff. de integr. restit.

§. X.

Inprimis non parum facere videtur pro haerede, quod suos legatarios, actores, speciali ad Magistratum directa Imploratione de constituenda omnibus legatariis hypotheca, antequam Monitorium ad petita illorum conceptum insinuatum, praevenerit, Magistratus collato in haerem dominio rerum immobilium haereditariarum, omnibus legatariis hypothecam constituerit, legatariique illud acceptaverint & testimonium sub sigillo desuper petierint, quibus factis haeres moram omnino purgavit suam.

§. XI.

Ast obstare intelligimus, quod poena dupli ipsa lege



lege constituta, & quod ipso jure fieri debet, interpellationem vel scientiam hominis minus desideret. Bald. Conf. 404. Locus Ordinationis processus per appositionem diei, binnen 3. Monathen, a tempore aditæ hæreditatis, obligationem in diem inducat; ubi dies interpellat pro homine l. 2. C. de Jur. Emph. l. 12. C. de contrah. & comm. stip. l. 114. l. 125. de Verbor. Obl. l. 14. de R. J. si vero obligatio fuerit in diem, ex die statim pœna committatur, nec debitor, qui offert post diem, evitet pœnam. Borcholt. in Commentar. in Consuet. Feud. p. m. 46. ^b nec moræ purgationi relinquatur locus in casibus, in quibus a lege l. homine fit executio. l. 19. & ibi Bart. de Leg. 2. l. 15. ff. de condict. indebit. & quæ sunt reliqua.

§. XII.

Licet hæcce sequentibus rationibus evincere conemur, quod Jura moræ purgationem semper esse admitte-
ndam, statuant, modo fiat *re adhuc integra*, i. e. quando alterius partis Jus non sit deterius. Quod perpetuum & universale esse testatur Zalus in l. 43 n. 14. ff. de V. O. & Carpz. P. 2. Constit. 38. Def. II. n. 6. & 7. Nam moræ purgatio fit per oblationem rei debitæ l. 73. ff. d. V. O. celerique satisfactione c. potuit. X. de locato. Quod contingit ex æquitate, commissi enim pœna cessat ex æquitate, mora celeriter purgata. Muller ad Struv. Exerc. XI. lib. VI. tit. III. th. 73. litt. l. cum moræ purgatio non fit de jure, sed de bono & æquo l. 91. §. seq. ff. de Verbor. Obl. Insuper, qui moræ purgationem

tionem non admittunt, illud tantum referunt ad casus, in quibus pœna propter malefactum, quod in nostro casu cessat, committitur. Zal. p. 10. n. 4. Obrecht de Feud. c. 4. n. 39. Et hanc opinionem æquitate niti testatur Andr. de Ifern. & speciosis rationibus suffultam esse fatetur Gothofr. Disp. Feud. II. th. 6. lit. a in gloss. res tamen dubio non caret, cum decisio ejusmodi causarum arbitrio Judicis & illorum, quæ potestatem habent de Jure respondendi, non sit commissæ, sed interpretationi serenissimi Legislatoris ipsius reservata.

§. XIII.

Aliis & curæ hæc essent certa jura, in applicatione ad casum evidentiora evaderent. Notum enim jamjam habemus ex statu causæ, quod hæres specialiter petendo constitutionem hypothecæ, legatarios actores prævenerit, hinc moram suam purgasse videretur & quidem tempestive, priusquam monitorium in actis fol. 4. conceptum, fuit insinuatum & induci potuit litis pendentia. Hæc consecuta præventio & inde fluens purgatio moræ facta est, *ve adhuc integra*, i. e. cum alterius jus factum non est deterius. Insuper cautionis in Spho 4to nostro legatis & fideicommissis ordinatæ, cessare putares in hoc casu causam finalem. Etenim Hæres non inops est, sed duobus prædiis satis amplis possessionatus fuit ante aditam hanc hæreditatem, quæ prædia tanti omnino sunt pretii, ut omnibus legatis testamenti, & si cum illis duplum legatorum ex solvi oportuisset,

tuisset, fuerint paria atque sufficientia. Legatarii ergo in hærede satis cautionis habuerunt, licet illis intra 3. Menses a tempore aditæ hereditatis, cum constitutione hypothecæ in fundis hæreditariis non fuerit prospectum. Ubi autem cessat causa finalis sive ratio, ibi etiam cessat legis dispositio, l. 75. in pr. ff. ad Trebell. l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patr.

§. XIV.

Nec silentio prætereundum est, quod legatarii actores in Actis fol. 32. solutionem simpli appetierint atque postulaverint. Regulariter vero res ipsa & pœna simul peti non potest. l. 4. C. de Pact. int. Empt. l. 10. ff. de Veditigal. Et licet illud cum protestatione, daß ihnen solches an der Exactione pœnæ dupli unschädlich seyn solle, fecerint, ejusmodi protestatio tamen facto videtur contraria, & protestatio facto contraria protestanti non prodest. Bart. Alb. de Rosa. & commuiter Dd. in l. si qui extraneus, de acquir. hared.

§. XV.

Accedit, quod hæc commissa morā malefactum non involvat, & pœna dupli eo magis cesset, quo magis illam ex materia pœnæ derivent. Pœnale enim facile remissum intelligitur, in odium scilicet pœnarum, quæ semper habentur odiosæ l. pen. ff. de Pœn. Exempla postant apud Carpz. P. 2. Const. 38. Def. 6. 7. 8. 9.

7. 8. 9. 10. & absurdum esse dicitur illum juvare, qui de lucro captando certat. l. scimus 22§. & si præfatam C. de Jure deliber. Nam ex alterius poena l. damno lucrum facere volentibus non subvenitur l. sciendum 18. ex quibus causis major.

§. XVI.

His omnibus adhuc apponunt: lex nova est, ergo ad exemplum deducenda. Ast respondendum cenſeo. Lex nova ad exemplum trahitur, quando poena mere est commiſſa, & pars circa ejuſmodi præſtanda plane nullam adhiuerit diligentiam, vel etiam dolus ſcienter committatur.

§. XVII.

Ita æquitatem ſuadere, omnes intelligimus. Strictum vero juſ conſiderantes, inſicias ire nequimus, actores haud deſtitui juſta litigandi cauſa. Non conſultum tamen illo recte cenſuerunt dubium litiſ eventum expectare haud ignari, quod rei momenta circumſtantias involvant, quæ opinioni illorum multum detrahunt & non ſint de genere Palearum. Præſertim cum decifio caſuſ ſolum dependeat ab interpretatione ſereniſſimi legiſlatoriſ, & neutra pars ſuiſ rationibuſ certo conſidere poſſit. Prudenter igitur egerunt parteſ, quod per amicabilem tranſactionem finem fecerint litiſ de poena dupli legatorum. Omnibuſque litigantibuſ ſuadendum erit, ut
in

Q. 1043 X 3444860
in ejusmodi causis dubiis atque arduis magis transactio-
nem macram quam pinguem Processum & dubium litis
eventum eligere velint.


§. XVIII.

Quando vero quis. Intra præscriptum tempus
pro exantlanda diligentia testamentum extrajudicia-
le, non alium in finem, quam ut expediantur a Magi-
stratu, quæ lex expediri jubet, producit, accusatus
quoque nondum vero conventus, præstatione hypo-
thecæ actorem prævenit, moramque re ad huc inte-
gra purgat, certe iniquum foret, quando ejusmodi
persona raperetur ad poenam dupli, suis bonis exuere-
tur, & ex habili redderetur civis inops.

§. XIX.

Et hæc sunt quæ pro viribus meis circa hunc casum nota-
bilem atque difficilem deducere potui. Putas non nulla mi-
nus digna, minus congrua, & plurima perperam posita esse;
Noli irasci mihi. Nec unquam ego ægre feram, si hisce argu-
mentis nemo album velit addere calculum. Multo potius gra-
tissimum mihi acciderit, si quis suas cogitationes meditationesve
mihi communicare velit. Si vero aliqua, quæ ad rem pertinent,
eamque efficiunt, inveniuntur: illis non superbio, sed DEO
TER OPTIMO MAXIMO infinitas, & quas possum per-
solvo gratias, quod huiusque studiis in tantum benedixerit
meis, qui pro sua infinita gratia illis porro
benigniter atque gratiose præ-
esse velit!

F I N I S.



B.I.G.

Farbkarte #13

OK. 182.
OK. 182.
17

Ve
1089

C A S U S
D E
P O E N A D U P L I
O B
H Y P O T H E C A M
J U D I C I A L E M
L E G A T A R I I S
A B H E R E D E
I N T R A T R E S M E N S E S ,
A T E M P O R E A D I T Æ H E R E D I T A T I S
N O N C O N S T I T U T A M ,
R E L A T U S
A
C H R I S T I A N O G o t t h u l f f K i r s c h , A d v .
S C H E I B E N B E R G A M I S N .

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)

JOH. HEINR. KOENIG, typis excusit.
LIPSIAE MENSE JANUARIII M DCC XXVIII.

